

42. Eadem quoque nocte, qua Pater beatus dormivit in Domino, vidit abbas quidam duos sanctos, in visione decenter ornatos, angelorum manibus ad astra sustelli, et audivit voces in sublimi dicentium. Hos geminos sui correctores et sæculi, stratis auro radiantibus, vitæ merito collocabimus, videlicet Cantuariensem archiepiscopum et Cluniacensem abbatem, qui multorum sunt patres filiorum in gloria. Isti quidem duo pene sub uno tempore decesserunt.

A De abbatibus Cluniacensibus a primo ad beatum usque Hugonem facti sunt hi versus :  
Ordine Beino, prius stat honore beator Odo :  
Surgit ab his sanctus Majolus forma virorum,  
Igneus at dentem vix cohbens animam ;  
Post sur Arvernus sacer Odilo missus ab oris,  
Miuer ingenio quam ferius imperio :  
Proximus Hugo venis, discretis usus habenis,  
Oidine posterior, utilitate prior.

## ANALECTA.

*(Ex aliis in bibliotheca Cluniacensi collectis.)*

### CAPUT I.

*Ex epistola Hugonis monachi ad Pontium abbatem.*

1. Patri serenissimo, Cluniacensi abbatii PONTIO, domino suo, servus Hugo. Dum tuam, Pater, excellentiam penso, injustus coram te loqui non audeo. Sed quoniam memoranda quedam de magno Hugone, sancto præcessore tuo, tacita video, si tua jubeat me fari dignatio, pauca de plurimis, parva de maximis, brevi expedio. Ista quidem diffusos scriptores illos miror obmisisse, qui de eo tanta volumina conscripsere. Quæ refero, præsentibus notissima sunt, sed posteriorum memoriæ, ut jubes, mandata sunt.

2. Beatus Hugo ad Francigenas, eos visitatus, olim exiverat. Veniens autem Belluacense territum, intravit Gornacum (111) super Aronam fluvium. Ibi eum Albertus vir illustris honorifice suscepit. Uxor viri, nomine Ermengardis, et ipsa tanto hospiti reverenter occurrit. Quam sanctus ut vidit, propheticus afflatus spiritu, dixit : « Domina, tu gradata es, filium paries, qui, sicut Deo placuerit, monachus erit. » Aueniens mulier quæ de se ante non noverat, mirabatur, præsentes, audita signantes oracula, lætabantur. Postmodum, juxta servi Dei verbum, gradata illa peperit filium. Crevit puer, et armatorum deputatus officio, militiam adeptus, ut id hominum genus male consuevit, perniciousus eyasit. Interea sanctus, plenus dierum pariter et virtutum dilectionis in Domino clausit extremum. Erat tunc in Italia apud Papiam decus pontificum Godesfredus Ambianensis episcopus (112), docuimus præclarus, san-

B etitate perspicuus. Dum itaque beatus Hugo præsentि vita defungitur, æterna donatur, vidit episcopus ad procedendum conventus eximios præparari, cum luminaribus et cæteris quæ in processione solemniter solent exhiberi. Episcopo inquirenti quis esset, quem tantæ triumphus glorie exspectaret; responsum est, quia ad deducendum dominum Hugonem, Cluniacensem abbatem, illa sanctorum devotione festiva procederet. Quod cum episcopus admirans socii revelaret, tempusque quo id viderat adnotaret, in Galhis reversus; eodem invenit tempore in Cluniaco sanctum migrasse, quo sibi fuerat monstratum Papæ.

3. Postquam vero sanctus decessit, tu feliciter electus, et in officium tanti Patris digne subrogatus, Domino ducente ad supradictas Franciæ partes descendisti, ubi pro tua illa nobili consuetudine, quibusque bona prædicans, istum, de quo sanctus prædixerat, juvenem invenisti, inventum vocasti, vocatum eduxisti. Ipsum in Cluniaco monachum, nomine Landricum, plurimis annis vidimus bonis pollutem moribus (113). Sic, Pater benignissime, sic præcessor tuus abbas Hugo sanctissimus, quem plurimum dilexisti, imo quem diligis, sic inter alias virtutes suas etiam prophetica claruisse probatur; sic in sui dissolutione corporis, pontifici relevatus, supercoelestium concivis esse dignoscitur. Sed mea modo sileat parvitas, tua magis ista, quam alta sint, perpendat charitas. De hac enim altitudine loqui, ego tam insimus timere debui.

4. Anno denique Verbi de Virgine nati 1118, de-

(111) Gornacum, vulgo *Gournay sur Epte*, quinque leucis Bellovaco distat trans Eptam, qui Francos strictissime dictos, id est Parisiens regimini subditos, disternat a Northmannis; utrum vero Epta fluvius ejam dicatur Arona; an occasione alterius Gornaci, inter Parisios et Melodunum siti, vulgo *Gournay-sui-Maine* exerraverit Hugo, et librarium culpa irrepescit *Arona* pro *Mationa* non definitio.

(112) S. Godesfridus episc. Ambian. colitur 8 Novembris, revit Ecclesiam suam ab anno 1104 ad 1118.

(113) In Vita postea scripta idem Hugo, omissa

revelatione S. Godesfrido facta post nativitatem pueri et depravationem adulii, continuo subnectit ejus conversionem hoc modo : « Interim B. Hugo præsentis vitæ cursum complevit : cui dum ejus Patris pius filius dominus Pontius, successit, Cluniacensis abbas assumptus, et ipse Franciam visitaturus intravit. Ubi pro sua nobili consuetudine errantes revocans, plurimos secum adduxit, inter quos et me peccatorem, et hunc de quo loquimur juvenem invenit, vocavit, et ut sanctus prædixerat monachum effecit. Præsens est in Cluniaco, sacerdotali fungitur officio. »

functo papa Paschali, qui Romanæ sedis apicem 18 annis, et eo amplius (114) gubernavit, assumptus est electione catholica, et consecratus est Gelasius papa, vir apprime eruditus, eleemosynis largus, consilio providus. Hic Henrico IV, Romanorum imperatore, contra Ecclesiam sœviente, declinans, ad mare descendit, navigio Gallias expetivit : tibique primum, cursore a Pisis emiso, suum pœnuntiari fecit adventum : te enim, Cluniaci scilicet abbatem, in partibus Galliarum habet pontifex Romanus proprium et speciale filium. Huic apud S. Aegidium occuristi, huie et multo comitatu suo equituras et alia quam maxima elegantissime ministrasti. Hunc pro maiis molestia insinuatum, in tuae solo nativitatis, quod Pater tuus Petrus, potens et nobilis comes Merguliensis (115), juri apostolorum Petri et Pauli contradidit, et inde accepit, tu papam officiosissime confovisti. Qui denuo convalescens, et Cluniacum suum pervenire desiderans, Lugdunum Galiae pertransit, Matisconam descendit (116), ubi gravissima ægritudine confectus se Cluniacum perferrit instantissime præcepit. Quo deportatus, summaque reverentia susceptus, completo episcopatus sui anno primo et diebus quatuor (117), in medio fratum, circumstantibus episcopis cardinalibus, in propria domo, proprius pastor in pace Cluniaco quievit.

5. Post hunc reverendus Wido Viennensis archiepiscopus ab Ecclesia catholica est in Cluniaco electus, sive in papam Calixtum ordinatus (118). Hic terrenæ nobilitatis celsitudine præcellit (119), sed coelestium nitore charismatum pulchrius elucescit. Hic secundo Cluniacum redit, ibique festum Dominicæ Circumcisionis et Apparitionis devote peregit (120). Qui dum inter cætera sœpius ageret de vita et miraculis B. Hugonis, non quorumlibet chartulas super his profusius exaratas attendit, sed personas authenticas in medio Cluniacensis capituli pœsentatas, de sancto quæ viderant et audierant

(114) Scilicet mensibus 5, diebus 4.

(115) Mergulum vulgo *Melgueil*, in Languedocia haud procul a Rodano constitui debet, siquidem loci natus est Pontius, saltem nativitatis ejus locus in jam dicta regione erit querendus; quandoquidem pontifex ad S. Aegidium se recipiens, inde adverso Rhodano Lugdunum versus ascenderit.

(116) Descendisse dicit, non respectu fluminis, qui adversus erat; sed respectu itineris, ab austro in septentrionem instituti.

(117) Obiit Ge'asius II, anno 1119, 29 Januarii.

(118) Coronatus est Calixtus II, die 1 Februarii eiusdem anni.

(119) Utpote filius Guillelmi II, Burgundiae comitis.

(120) Anno 1120, priusquam rediret in Italiam.

(121) Cætera, quæ Cluniaci gessit pontifex, in bibliotheca Cluniac., col. 560, legi possunt.

(122) Rehqua pars epistolæ agit de reliquiis SS. Petri et Pauli Cluniacum allatus, et in monasterio novo per Pontium constructo conservatis, immota a sub qua repositæ olim fuerant.

(123) Fuit Robertus hic primus ex stirpe Francæ Burgundiae dux, tertio genitus Roberti regis, nepos Hugonis Capeti, et infeliciter obiit anno 1075, anno eutem 1045 secundis nuptiis duxerat Ermengarde n.

A validius attestatas, gratanter accepit. Episcopis vero et cardinalibus pariter assentientibus ad laudem et gloriam Domini nostri Jesu Christi natalem tanti confessoris tot et tantis virtutibus approbati festivum fieri papa decrevit . . . (121). Ista me dixisse sufficiat, tuaque mihi gratia veniam tribuat . . . (122).

## CAPUT II.

*Ex Vita per eumdem Hugonem scripta.*

6. Patrum Cluniacensium conventui sancto servus Hugo. Charitas quæ libera servit, piis me jussi-  
nibus parete compellit. Præcepto igitur, non præsumptione, suscepi de B. Hugone, licet indignus, aliquid dicere. Nec eis præjudico qui ante me de sancto eleganti scripsere calamo, sed nostris servio,  
dum quædam ab eis omissa colligo, præfus us ei a  
contraho, ne occupatos onerem multa præereo.  
Hæc protestatione præmissa, ratales, menachatum,  
et electionem S. paucis perstringit auctor; obiterq; e  
indicato quid Florentiae contigerit, susceptum at-  
gumentum sic prosequitur :

7. Mirandis plus miranda subjungo, que referentibus viris authenticis probata cognosco. Hæc sane referunt, Gausfredus de Monte S. Vincentii et Rainaldus Æduensis. Dux Burgundi e Rotbertus (125) Haganonem Æduorum episcopum nimia infestatione gravabat, variisque prædonum incursibus passim Burgundia laborabat. Eapropter episcopi Gausfredus Lugdunensis, Hugo Bisontinensis, Accardus Calidonensis, et Drogo Matisicensis, & iuam (124) conve-  
nerunt, magnique Patrem consilii prædictum Lu-  
gonem Cluniensem abbatem venire rogaverunt. Aderat illustrium multitudo copiosa virorum, populus confluebat infinitus, pro pace supplicans indefessis clamoribus. Adveniens ipse dux, uno tyrannus, Æduam intravit; sed fastu maligno interesse con-  
ventui recusavit. At Pater Hugo, fervore charitatis conceitus, tyrannum adiit; quem vehementer incre-  
pans cunctis militibus tanquam ovem mitissimam

S. Hugonis sororem.

(124) Conventum hunc episcoporum ad annum 1072 referunt Sammarthanæ in episcopis Bizonti-  
nibus, quorum lxxiii Hugo, anno 1071, numerabat  
sui præsulatus annum 1; et Drogo Matisicensis,  
qui pariter interfuit, annum penultimum. De Gau-  
sredo Lugdunensi, qui præsedisse debuit granis con-  
troversia movetur ab iusdem Sammarthanæ qui in ar-  
chiepiscopis Lugdunensibus nullum sedis ejus tempus  
inveniunt, neque nomen in catalogis. Negant autem

D recipiendum, propter auctoritatem chronici Flavi-  
niacensis, ubi dicitur anno 1077, « quia Lugdunensis  
sedes, Humberto Simoniaco expulso et in locis  
Jurensibus monacho facto, vacabat antis e. » Ast  
prima hujus Humberti memoria, ipsimet indicantibus  
exstat in Chartophilacio S. Petri Matisicensis sub  
anno 1072, et Philippus, ab Alberico notatus in  
chronico ad annum 1051, putatur ab ipsis is esse,  
qui anno 1055 de Simonia fuit per misericordiam con-  
victus; quidni et depositus? Saltem laicum inter  
annum 1055 et 1072 est spatium, ut interum Gau-  
sredus sederit, et paulo post conventum Æduensem  
celebratum obierit; cum ne hoc quidem constet,  
quod anno 1072 potius quam 1071 fuerit celebra-  
tus. Adde quod, ut notat Quicetanus, etiam Nico-

secum adduxit. Episcopis autem supplicantibus, ut A[n]tensi (127), et Drogone Matiscensi, in campo venatorio p[re]ter assuit. Turbis uniuersitate conticentibus, et ex ejus ore pendentibus, sic ait: « Qui pacem querunt, qui Deum diligunt, nos audiant, nobiscum agant. Qui vero filius pacis non est, qui non ex Deo sed adversarius est, huic ex parte Omnipotentis praeceptio ut a nobis exeat, et operi divino non noceat. » Vix dicta compleverat, cum ecce quidam statura procerus, facie truculentus, multis eum sequentibus egressus, dispernit. Non fuit in tanta multitudine hominum, qui aliquem nesciret egredientium. Mirabantur singuli, stupebant universi. Quaerentibus invicem super his, non erat aliud respondere, nisi interdicente sancto, dæmones visibiliter evissemus; egressosque de turbis simul evanuisse. His ita depulsi, tantam mox prædicatio sancti efficaciam habuit, ut eo jubente, dux ipse sui mortem filii (125), interfectoribus condonaret, et Ecclesia pacem reciperet. O beatum virum, cuius præsen[t]iam Satan[us] ferre non poterat, cuius imperium invitus agebat. Res equidem mira, sed altiori miraculo cumulata. Quandiu enim in conventu illo vir sanctus sancta persecutus, sicut columba candida super caput ejus præsens apparuit. Quibus id videre datum est, Deum glorificaverunt, non enim omnes hanc videlicet gloriam meruerant. Stephannus archipresbyter de Paricejo (126), sub omnibus assertione itidem se, licet indignum, testabatur vidisse.

8. Parecum venerat Hugo Pater, ut ibi festum Baptiste Joannis devotus ageret. Ad quem mulier quædam, cum turba pro eo supplicante, pervernit: quia ejus uterum irruptio violenta virulentissime tenebat serpentis. Tum sanctus, misericordia motus, aquam asserit, quam precibus sacris et benedictionibus præsignavit, acceptoque cochleari, ter de aqua illa in ore mulieris orando infudit. Quo facto, statim serpens, cunctis qui aderant viuentibus, per os mulieris horrendus exivit. Qui cum mæiore venerant, cum gudio revertentes, Dominum collaudabant. Gaufridus vir fidelis, quo præsente sanctus apud Æduam dæmones de turba fugavit, et hoc de serpente per eum ejecto se vidisse solet attestari.

9. Alio quoque tempore pacis agendæ gratia, p[re]latus Pater cum episcopis Rocleno Cabil-

lus Aragonius ejusdem Gaufridi Lugdunensis meminavit, in antiquis pontificum Romanorum Gestis.

(125) Hugo et Henricus, ante patrem obiere; prius anno 1057, in bello contra ducem Nivernensem, perire; Henricus filium post se reliquit Hugonem, qui ayo suo Roberto successit in ducatu, frustra obvidente Roberto patruo, tanquam Roberti ducis tertio filio. Si de Henrici cede habelli posset demonstratio aliqua, haud dubium quin hic deberet nominatus credi; mox Hugonis quomodo contra Hugonem Æduensem causas turbulari dare potuerit non apparet, nisi hie ex Nivernensi familia fuerit; et ipse Hugo non tam prælio cæsus quam fraude mala fuerit interemptus.

(126) Pariceum vulgo *Parcé*, in Cenomanis, trans Sartam fluvium in confinis ducatus Anjag-

Vita. secundum adduxit. Episcopis autem supplicantibus, ut A[n]tensi (127), et Drogone Matiscensi, in campo venatorio p[re]ter assuit. Turbis uniuersitate conticentibus, quidam pessimo fœdatus criminis, non timuit interesse. Quem sanctus, sancto edocitus Spiritu, a longe intuens, ait præsentibus: « Videtis, inquit, miserum illum? Videtis da none plenum? » Statimque eum designavit, et ad se venire mandavit. Quo præsentato: « Quomodo, ait, huc ad nos intrasti, qui hoc crimen (crimenque exposuit) te sordidare valuisti? Cur miser nobis in te demonem præsentasti? Pacem querimus, dæmonem nolumus. » Confusus ille negare non potuit. Quod factum videntes plurimi qui aderant ad invicem sumissa voce dicebant: « Divertamus ab isto homine, qui novit hominum occulta videre, ne et in nostris nos peccatis, sicut istum insuis, valeat reprehendere. » Inquire si denique sancto de cuius esset episcopatu ille homo, inventum quod parochiæ cuiusdam esset Cabilonensis. Tunc sanctus miserum illum pariter et peccatum episcopo Rocleno proposuit; quem episcopus seorsum tolit, et pro officio corexit. Testes sunt qui interfuerunt, venerabiles viri Rotbertus Sedunensis, et Gaufridus, quem supraposui. Quanta sint hæc, vestra perpendat caritas, mea interius sileat parvitas.

40. Erat Sanctus apud Nanctoacum (128), venit nuntius qui diceret obiisse Wilencum; Wilencus iste, prior fuit de Charitate. Pro defuncto p[re]ter Pater dum missam celebraret, more solito vivam seipsum hostiam Domino præsentavit, et sic tenens in manibus Filium Patris obtulit, oblatum ore suscepit. Quo edocitus, ad fratres egreditur, revelat sociis quod apud Charitatem, non Wilencus, sed Orius obiit. Erat ibi Odo, qui fuit prior Clunacensis, post episcopus Ostiensis, deinde apostolicæ sedis pontifex summus, Urlanus secundus (129). Qui legatione transmissa, inventus, juxta viri Dei verbum, non Wilencum obiisse, sed Orium.

41. Sabina quoque, sanctimonialis virgo in Jo[n]ensi (130) monasterio testimonii singularis, vidit Matrem misericordiae cum gloriose beatorum agmine. Vedit et subcellum candidum decenter ornatum agmini illi interesse, auditusque quia Hugo abbas Clunacensis in eo debebat abire. Sabina visionem refutavit, nec multo post nuntius venit, dicens migrasse sanctum, quem visio dicta signaverat abi-

vensis.

(127) Roclenus concilio Cabilonensi p[re]fuit anno 1075, iuxta vetus Chronicon Matisconense apud Sammarthanos, ex quo constat Alcardum supra memoratum non diu supervixisse Æduensi concilio.

(128) In diplomate Paschalis II, an. 1109, col. 569 Bibliothecæ, Nantuum, inter prioratus Cluniacensi abbati subditos, primo loco nominatur: an apud Ruthenos, ubi oppidum *Nayac* vulgo nomine signant geographi?

(129) Odo, episcopus Ostiensis creatus circa an. 1077, paulo post papa; Italis Otto se habitur.

(130) Jotrunn vulgo *Jouanne* in diœcesi Meldensi, sanctimonialibus sub regula S. Columbani victus conditum ab Adeone, S. Audoem fratre, postea ordinis Benedictini.

turum. Sic sanctus et miraculis approbatus, et revelationum sacramentis praeconstratus, in medio siborum corpore defunctus, sanctitate perpetuus, mundo decessit, Domino vivit, digne sepultus in Cluniaco jacet; sed institutionum ejus sanctimonia permanet, sed ordinis disciplina quam docuit usque-quaque viget, sed in cœlestibus meritorum ejus corona resplendet Hugo iste, anno vita 15 monachus factus, 25 abbas sacratus, 35 defunctus, in Calendas Maii quievit in Domino, anno incarnationis Verbi 1109 (151).

## CAPUT III.

*Ex collectione anonymi in praenotata bibliotheca.*

42. Ille Willelmus (152) Anglorum princeps, S. Hugonem plurim in dilectus, antequam ejus colloquio fui potuisse, eu n absentis benedictionem per legatum ejus, dominum scilicet Warmundum, qui propter eum ex abbate Dolensis (153) gradu, ad Viennensem archiepiscopatum descendit (154), audisset, atque si secessisset, illo donum societatis ejus, pleum regale depositum, et caput tanta humilitate submisit, ac si per angelum divinæ gratiæ investitus munere fuisset. Cumque satrapæ ejus stuparent, quia rem cerneant miram, ejusque cervicem alias inflexibilem videbant nimis humiliatam, putarentque inquietandum quæ fuisse causa, cur nihil visible accipiens, erga personam tamē nil tribuerent ita majestatem regiam exinanisset, respondit, dicens: « Nolite mirari quod me tamē devote inclinarem, tamē humillime, quia causa tantæ benedictionis et investituræ speciei huius exigit, ut facerem quod faciem judicavi. Non enim tantum munus unquam suscepi, nec ipso die tamē grande aliquid me acquisisse putetis, quo hujus regni coronam obtinui, quia cunctis quæ habeo terminus erit relinquendis, sicut initium fuit capiendis; cœlestis autem gloriae, cuius animam quodammodo suscepi, quando sancto collegio me Cluniacensi miscui, finis esse non poterit. » Ita prudens Willelmus philosophatus de thesauro cordis sui, stuporem suorum majorum admiratione compescuit, et oculos sacerdotium mentium edidit, ut cognoscerent quanti habendus esset Hugo sanctus præsens, qui tanti habitus a tanto fuisse absens. Ille nempe rex attendebat in ejus legatione quid ponderis esset, quid commodi, quid lucri animæ suæ proveniret, si, per conniventiam reverendi capituli, posset communionem tanti corporis promereri. Tunc misit rex domino abbatu et sacro conventui cappam pene auream totam, in qua via nisi aurum appareret, vel electrum vel marginum

A tarum textus, et gemmarum series; inferius autem undique tintinnabula resonantia (155), ipsaque aurea pendunt; regina autem planetam, plane dignissimam mittente et accipientibus, quia sic rigidam, ut plicari non posset.

13. Rex idem Anglorum Willelmus, vi magnificus et in armis strenuus, et infinitis opibus ac viibus potentissimus, cum præsatæ regionis potiri cœpisset ejusque coronam regni bello obtinuisse, volens digne episcopatus et abbatias terre illius ordinare, misit litteras illustrissimo abbatu S. Hugoni, et mandavit ei supplicando, ut sex ei personas duigere ex fratribus nostris, quorum consilio agere posset, quidquid illi de Ecclesiis ordinandis foret agendum, eisque rectoribus constitutis secundus esset de omnibus custodiendis atque regendis. Adjectum quoque se datum pro singulis agenti libras centum quotannis Cluniaco, sub titulo amicitiae et gratiæ, ne forte esset grave sacro loco carere personis suis, et earum suorum perdeire. Sed qui emptor fieri voluit, non potuit, quia monachorum non inventum venditorem. Respondit enim philosophus Christi, qui animabus fratrum nil censebat comparandum: « Petatio, inquit, vestra, domine Icx, descendit ex bona voluntate, qui vultus gentem vobis a Deo traditam ad salutem suam ordinare. Verum sicut dignum est vestrae majestati quod poscitis, ita quod injungitis, incongruum est nostræ saluti ut animas, quas in periculo animæ meæ et capituli mei suscepimus, vendam terreni mercimonii cupiditate, et mittam in perditionem, aut generalem aut specialem, videbilem ubi aut omnes aut aliqui eorum pereant, et ego pro illis rationem Deo reddam, apud quem nihil valet aurum, nihilque prodest argentum, aut argumentum vanæ excusationis. Quomodo ergo faciam pro ullo munere, quod si facerem pro toto mundo, mihi parum esset, cum pro uno ex fratribus mihi commissis mitterem ubi illum perderem, et libenter ego pecuniam darem pro comparandis monachis, quibus valde indigo per diversa loca a me ordinanda, quam pro eorum venditione acciperem. Quod enim capitulum nostrum in partibus illis timerent, ubi nullum viderent nostrum monasterium, ad cujus portum

(151) Notalator quidem in editis annus 1108: sed cum certum sit S. Hugonem mortuum esse post S. Anselmum, et quidem in hebdomade paschali, Pascha autem anno 1108 celebratum fuerit 5 Aprilis: evidens apparet hic esse mendum quod propterea corrinximus.

(152) Guillelmus I. ob regnum armis occupatum Conquestor dictus, regnavit ab anno 1066, ad 1087, et successorem habuit filium secundo genitum, cognomento Rufum, de cuius morte actum supra in Vita.

(153) Dolensis seu Burigidolensis abbatia, in Biturigibus ad fluvium Antram, saeculo superiori fundata fuit, abbatem autem hunc Warmundum accepterat circa annum 1074.

(154) Idem anno 1077 factus Viennensis archiepiscopus, superius usque ad an. 1085.

(155) Hujusmodi tintinnabula adhuc videre licet in antiquioribus Aquisgranensis ecclesiae cappis, ob solius vetustatis aestimationem et ostensionem hactenus reservatis.

applicare valerent vel constringi possent? Aliud itaque jubete, et sustinet hoc patienter, si non potest fieri cum salute amici vestri, quod petistis. Valete! Hoc rescripsit pius Pater regi illi eximio. Qui primo vehementer indignatus pro eo quod esset repudiatus in prece sua cum tanto munere, post suorum redit ad mentem, cognovitque hunc hominem Dei vere cunctis præferendum; cui nullus appetitus rerum temporalium dominabatur, quique animarum salutem omni auro incomparabilem censebat, ideoque ipsum nulli omnino potestatis aliquis personæ comparabilem, quia nulla cupiditate a recto calle flexibilem se aut mutabilem præbebat. Convertit ergo se ab indignatione ad admirationem, repulsam videlicet suam majoris faciens, quam susceptionem fecisset, si exauditus fuisset. Repressit igitur iram quæ inuerat, acquievitque rationi, quam cogitavit postquam recessit perturbatio mentis.

44. Tempore quodam (156) necesse fuit sancto vino pro tuendis filii ad Ecclesiam matrem recipere, et Romane sedis patrocinium advocate. Quapropter urbis illius refugium petens, magno labore et difficultate a latere papæ avulsum dominum Petrum, Hostiensem videlicet episcopum, cognomento Damianum, obtinuit, ut sibi daretur pro magno Petro præfaturus, et adversarios præstauratus mirabili sua prudentia atque facundia (157). Erat namque in ille abstinentiae singularis usu, et ferreorum vinculorum nexu unique sic attitus, ut vix posset inveniri modus, quo ejus corporis imbecillitas soveretur, ad equitandi onus grave utecumque tolerandum (158). Et quia levì plerumque scandalo offendit poterat, necesse habebat saepè aliqua satisfactione placari. Ad quam rem venerabilis Hugo ita se inclinabat, ut ejus animum reformaret ad tranquillitatem, ac si alter Martinus esset, qui nihil putaret indignum, quod humilitas agendum suaderet. Cum ergo venisset Cluniacum alter ille Gregorius, per eloquentiae ubertatem, non tamen per apostolicæ virtutæ aequalitatem, vidissetque humanitatem et disciplinam, virgamque et baculum contulisset, cœpit hærere ac stupere, qualiter sancti esse, aut sanctos institutores habere possent, qui tantis abundarent bonis, et rursum quomodo non sancti esse possent aut perire, qui tam devote sustinerent tam grave pondus laboris et custodiam monastice disciplinæ.

(156) Ad annum 1062 hæc refert Baronius, et causam motæ contra Cluniacenses controversiæ fatetur ignorare; conjectat autem Gaufredum comitem Andegavensem tuharum auctorem fuisse, citans vitam S. Hugonis. Sed hinc nihil negotii cum Cluniacensibus fuit: S. Martini Turonensis monasterium petebit. Rem totam explicat Bibliotheca Cluniac. col. 509, enarrans controversiam, inter Droconem Matiscorensem et Ilagonem Cluniacensem coram Petro Daniano agitamat, eo successu, ut Dioco, qui Cluniacenses excommunicare præsumperat, coactus sit se purgare ignorantia privilegiorum Apostolicorum anno 1065, coram concilio Cabilonensi ob tam causam convocato.

A 15. Aliquando sane judicabat ciborum copiam, aliquando mirabatur hanc jejunantibus deesse gratiam, quam illos habere videbat. Verumtamen fieri posset, sicut ipse dicebat, ut ultraque virtus obedientiae et abstinentiæ sociaretur in eis, tum profecto nihil apostolicæ defuturum perfectionis. Quare re conveniens dominum abbatem obsecrabat, ut a sagamine duabus saltim feriis se suspenderent, qui in cæteris tam perfecti essent, ut anachoretis nihil deberent. Cui venerandus Hugo, discretionis custos egregius: « Si, inquit, Pater charissime, vultis augere nobis coronam mercedis per additamentum jejunii, tentate prius nobiscum pondus laboris vel per octo dierum spatium, et deinceps æstimabitis quid adjiciendum censere debeatis. Nam quandiu non gustaveritis pulmentum, nescire poteritis quod exigat condimentum salis, et si non adhibueritis saltem minimum digitum vestrum, nequaquam judicare de onere fraterino discrete ac digne valebitis. » Quibus ille auditis, sentiens fascis hujusmodi gravitatem suis viribus importabilem, cessavit a petitione ingavandi ponderis, et semetipsum cœpit repercutere, unde alios ferire voluit, quia sagittam ad eos sine suo vulnere nequivit dirigere, intelligens magnum esse pensum illud, ac debere sufficere quod apprehendere ipse non posset, qui in tanto videbatur statu virtutum culmine. Eruditus itaque præsal, multo eruditior redit quam venit, magnumque thesaurus fugiendæ inanis gloriae et capessendæ veræ humiliatis secum reportavit.

C 16. Venerabilis Hugo, hujus sancti Cluniensis cœnobii abbas, non modo in monastica religione, verum etiam in divinis officiis, per Dei gratiam ad meliora provehendis, tota animi industria solerter invigilans, decievit cum communis fratrum consilio, ut in die sancto Pentecostes, hymnus, *Veni Creator Spiritus* (159), in hora tertia decant retur, qui videlicet minime antea canebatur, quo scilicet ejusdem Paracleti, id est, *consolatoris* visitatione compungi, amore inflammati et gratia mereamur illustrati. Utque huic tam saluberrimæ orationi bonum eleemosynæ suffragaretur, constituit, ut ipso die abundans refectione a magistro ecclesiæ custode pauperibus exhibetur, de pane, vino et carne, tali ratione ut quantus in festivitate fuerit numerus fratrum, tot etiam pauperes resicerentur. Sin vero numerum fratrum per se scire nequiverit, a ministro

(157) Multa de hac S. Petri legatione dicenda hic forent, nisi id actum esset ante ipsius Vitam, 25 Feb. § 5.

(158) Quanti deinde fecerit disciplinæ Cluniensis præstantiam, testari poterunt ejus epistolæ, post redditum in Italiam, ad conventum ipsumque abbatem ejus Hugonem datæ, quæ propterea etiam in bibliotheca collectæ exhibentur.

(159) Hunc ritum Romana Ecclesia postmodum suscepit, et apud omnes Romano breviario utentes perseverat.

refectoriorum, vel a custode infirmorum, eorum numero discat. Et ut tam boni operis præmium a Domino consequeretur, decreum est ut ipso die ad maiorem missam, post priuam collectam missam Luriliensis, omnipotens semper in Deo, pro eo sub silentio dicatur a sacerdote. Hujus itaque præcepti roboratoribus atque observatoriis pax, salus, et gratia a Deo Patre, et Jesu Christo Filio ejus, et Spiritu sancto paracleto. Contemtoribus vero ac violatoriis, ni cito pœnituerint, ita ejus semper omnipotens et aeterni Judicis, ignis etiam inextinguibilis aeterna damnatio. Decretum est etiam ab eodem Patre cum consensu fratrum, generale officium fieri singulis annis, feria v post octavos Pentecostes, pro cunctis in coemeterio hujus loci quiescentibus, ita ut sicut in festivitate Omnis Sanctorum agitur,

A dicto vespere omnia signa pulsentur pro vesperis, ac post coenam pro officio, et in sequenti die pro missa in qua tractus, *De profundis*, a duobus cantoribus canatur, cunctique sacerdotes qui illo die cantaverint missam, *Deus cuius miseratione*, specialiter pro illis cantent, et alii psalmos septem, ac duodecim pauperes reficiantur, et quidquid eadem die de refectione remanescit, eleemosynæ tribuantur. Sed et per omnia loca huic loco subjecta, hoc idem agi pro cuiusque loci coemeterii defunctis sancitum est, videlicet ut in monasteriis, ubi congregatio fratrum est, nec minus hoc perficiatur. Sed in cellis ubi non plus quam quinque aut tres commorantur, si tot pauperes reficerne nequeunt, saltem vel quot sunt fratres, tot pascantur.

## SANCTI HUGONIS EPISTOLÆ.

### EPISTOLA PRIMA.

AD WILLELMUM I ANGLORUM REGEM.

*Regi supplicando petenti ut ser ad eum monachos, sub annua pro singulo centum argenti libraum penstone, mitteret, respondet petitionem ejus, ut venalem et quasi Simoniacam, omnino rejiciendam.*

(Anno 1078.)

[*Bibliotheca Cluniacensis. p. 453.*]

Petitio vestra, domine rex, descendit ex bona voluntate, qui vultus gentem vobis a Deo traditam ad salutem suam ordinare. Verum sicut dignum est vestrae majestati quod poscitis, ita quod injungitis, incongruum est nostre saluti, ut animas quas in periculo animæ meæ, et capitum mei suscepit, vendam terreni mercimonii cupiditate, et mittam in perditionem, aut generalem aut specialem, videlicet ubi aut omnes, aut aliqui eorum pereant, et ego pro illis rationem Deo reddam, apud quem nihil valet aurum, nihilque prodest argentum, aut argumentum vanæ excusationis. Quomodo ergo faciam pro ulla munere, quod si faciem pro toto mundo, mihi paucum esset, cum pro uno ex eis perduto perirem? Quid enim proficit homini si universum mundum luceretur, seipsum autem perdat, et detrimentum sui faciat? Igitur, charissime domine, hoc nolite a me querere quod facere nisi cum perditione mea non possum, quia nullo pretio volo animam meam venundare, quam profecto venalem darem, si unum ex fratribus mihi commissis mitterem ubi illum perderem; et licet ego pecuniam darem pro comparandis monachis quibus valde indigo, per diversa loca a me ordinanda, quam pro eorum venditione acciperem. Quod evum capitulum nostrum in partibus illis timerent, ubi nullum vidarent nostrum monasterium, ad eujus portum applicare valerent vel constringi possent? Aliud itaque jubete, et sustinet hoc paupenter, si non potest fieri cum salute amici vestri quod petistis. Valete.

### EPISTOLA II.

AD MOISIACENSES FRATRES.

(Anno 1078.)

[*Mabill. Annal. Bened. V, 130.*]

Dulcissimis et amantissimis fratribus ac filiis, sub patrocinio beatorum apostolorum Petri et Pauli apud Moisiacum degentibus, fratri Hunaldo abbati, salutem animarum et corporum et aeternam benedictionem.

Noveritis, filii charissimi, qualiter vos semper dileximus, quamque speciali amore locum illum praæ omnibus congregationis nostræ locis habuimus et honoravimus. Hoc namque privilegium vobis et loco vestro semper concessimus et concedimus, ut in amore et honore atque memoria congregationis nostræ speciales sitis. Unde, filii, rogamus, ut nostri memores, Dominum super omnia diligatis, timeatis, honoretis, eique gratias super beneficiis suis agatis. Licet enim vobis plures supervenerint anxietates, ejus tamen misericordia non defuit vobis, in bonis argumentum praestans, et in necessitatibus solatum. Idecirco, charissimi, ipsum in omnibus et super omnia præ oculis habetote; dominis nostris summis apostolis servire non cessate; ordinem vestrum et sacram religionem, sanctamque obedientiam cum summa diligentia custodite. Pensate quam nihil sit quidquid in mundo certum. Cogitate cum quanto sudore laborandum, ut possit illud evadi terribile judicium, et perseniri ad gaudium nunquam finendum. Dominus abbas, quem vobis praefecimus, vir bonæ intentionis et religiosus, nobis et fratribus nostris non parum charus, satis se laudat de vobis. Unde gaudemus, et ut magis magisque ipsum diligatis, honoretis eique devote obedientis, utpote tam glorioso viro, volumus et admonemus. De cetero commendamus vos omnipotenti Deo, qui vos benedicat, et adjuvet, et protegat, et ab omnibus peccatis absolvat, vobisque perseveranti in sancta rel-